



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica Infra Octavam Navitatis D. N. J. C.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

**DOMINICA INTRA OCTAVAM  
NATIVITATIS D. N. J. C.**

1.

*Perfecerunt omnia secundum legem Domini.  
Luc. 2.*

Nihil desiderari in se passi sunt Maria & Josephus, sed omnia, nullo articulo omissa vel excepto, perfecerunt secundum legem. O inquam multis nos ab illa recedimus! tametsi mortalia peccata fugiamus, non æquè accuratam curam contra venialia adhibemus. Hæc nobis diabolus tanquam levia depingit, ut nos in majora præcipitet. Igitur ut confundamus illum, studeamus ex ipsis venialibus, in qua per fragilitatem labimur, elicere fructum, erubescendo humiliter coram divina præsenti propter nostram fragilitatem. *Mense IV. Disc. 109.  
Pag. 312. usque ad num. 9.*

2.

*Perfecerunt omnia secundum legem Domini.  
Luc. 2.*

In multis quotidie à lege recedimus, & afferente scriptura, *justus etiam septies in die cadit.* Quoniam ergo omnino expugnare omnia venialia non possumus, commodum saltem aliquod ex illis eliciamus, *salutem ex inimicis nostris;* id est, agnoscamus nos reos & frequenter desuper doleamus, agnoscamus nos debitores, & pro iis satisfactionem quandam præstare laboremus.

*Mense*

## CONCIONATORIUS.

52

Mense IV. Disc. 109. pag. 321. à num. 9. usque ad finem.

3.

*Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël. Luc. 2.*

Duo nobis in hodierno Evangelio proponuntur: unum in terrorem, alterum in consolacionem. Venit quidem Salvator noster, ut omnes nos redimat & ad cælum perducat: verumtamen aliis erit *in ruinam*, in graviorem damnationem, qui ipsum imitari ac præcepta ejus servare negligunt. Male illi de bonitate ac misericordia præsumunt, qui movere manum & propriam conferre operam ad salutem suam no[n]lunt. Mense VH. Disc. 203. pag. 409.

4.

*Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum. Luc. 2.*

Maximo nobis solatio ac fiduciae esse debet, quod Christus propter resurrectionem & gloriam nostram venerit, tantisque ærumnas in se suscepit: quis non speret omnia bona à tam benefico Redemptore? Verum hæc ipsa spes semper debet esse conjuncta cum timore, ne nos ipsi officio nostro desimus & ruinam pro resurrectione nobis accersamus. Mense VH. Disc. 205.

Pag. 436.

DOMI-

